Universitätsbibliothek Paderborn

# Aluari Pelagij de pla[n]ctu eccl[es]ie desideratissimi libri duo et indice copiosissimo et marginarijs additionibus rece[n]s illustrati

Alvarus <Pelagius>

Lugduni, 1517

Septuagesimus ar. Q[uod] in. xx. casib[us] offendunt multi religiosi [con]tra obedientia[m] aut eius puritatem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29953

Visual Library

minaliter pecco: et ſi impenitēs vſq; ad mortem perſeue-
ro: dānor. Gre.ego.ibidē. Adoleſcens ſine obedientia inter
ſeculi abuſiua eſt. obediētia mater oīm diſciplinarum eſt.
Cyprianus de.xij.abuſiuis.vide.ſ.e.§.cōſequēter.ꝟ.inter
xij.abuſiua.in ar.xviij.qui obedit prelatis: hʒ ſibi corpus
obediens. Bern.in ſermo.feſti/Erat ſubdit⁹ illis. Luc.ij.
Quis quibus: deus hoībus. deus cui angeli ſubditi ſunt
erat ſubditus marie. nec tm̄ marie: ſed etiam Joſeph pro-
pter mariam. Mirare ergo vtrūq;: et elige quod ampli⁹
mireris. filij benigniſſimā dignationem: an matris excel-
lentiſſimā dignitatem. vtrūq; ſtupor. vtrūq; miraculum.
et q deus femine obtēperet: humilitas ſine exemplo. ⁊ q
femina deo precipiat: ſublimitas ſine ſocio. In laudibus
virginum. Apocal.xiiij.dicitur ſingulariter. q ſequuntur
agnum quocūq; ierit. Quibus ergo laudibus iudicas di-
gnam: que etiam preit? Addiſce homo obedire. certa ſub-
di. diſce obtēperare. De authore noſtro et preceptore dici-
tur: Et erat ſubditus illis. Erubeſce ſuperbe cinis. dñs ſe
humiliat: et tu te exaltas. deus ſe humilibus ſubdit: et tu
te preponis authori. Quoties em̄ preeſſe deſidero: toties
deum meum preire cōtendo. Si hominis o homo imitari
dedignaris exemplū: certe non erit tibi indignum imitari
authorem tuū. Bern.ſuper Miſſus. Homo ſubdere ei q̄
ſupra te eſt. ⁊ infra te erunt illa quib⁹ ꝑpoſitus es. Quia
em̄ homo deſeruit eum ſub quo eſſe debuit: ideo ſubdit⁹
eſt eis ſupra q̄ eſſe debuit. Supra te deus eſt: ſub te peco-
ra. agnoſce eum q̄ ſupra te eſt: vt agnoſcant te que infra te
ſunt. Ideoq; quū Daniel cognouiſſet ſupra ſe deuʒ: agno-
uerūt illum ſupra ſe leones. Daniel.xlr. Si autem ſuperio-
rem contēnis: ſubderis inferiorib⁹. ꝓpterea ſuperbia egy-
ptiorū de ranis. Exod.viij. ⁊ muſcis cōdēnata eſt. poterat
deus leones mittere: ſʒ aliquis magnus leone terrendus
eſt. quāto illi erant ſuperiores: tāto de rebus cōtemptibili-
bus ⁊ abiectis fracta eſt eorū ceruix mala. Aug.ſuper epi-
ſtolā Joā.homil.viij. Non erit caro ſubiecta anime: nec vi-
tia rationi ſuccumbent: ſi animus nō eſt ſubditus authori
ſuo. Tunc aūt rationi ſubijciuntur nobis omnia que no-
bis ſunt: ſi nos ſubijcimur ei a q̄ nobis illa ſubiecta ſunt.
Nam que videntur ſubiecta ei eſſe qui deo ſubiectus non
eſt: non ſunt vere ſubiecta ei: ſed ille potius ſubijcit eis
qui ſuam voluntatē ſubiugabit eis. Iſidorus de ſummo
bono.li.j. Dei prouidentia regens miniſtris ſuis vniuer-
ſam creaturam naturas et volūtates. Naturas vt ſint. vo-
luntates autem vt nec infructuoſe bone: nec impunite ſint:
male ſubdidit. Primus ſubdidit oīa: deinde creaturā cor-
poralem creature ſpūali. irrationalem rationali. terreſtrē
celeſti. femineam maſculine. minus valentem valentiori.
indigentem copioſiori. Aug.ſuper Geñ.li.viij. Puer pa-
rentibus ſubditus erat. Luc.ij. doctrina em̄ deus appare-
bat ⁊ actib⁹ hō. Aug.de vera religione.c.xx. Oīs creatura
velit nolit ſubeſt creatori. Sed a creatura rōnali volūta-
ria ſubiectio tripliciter eſſe debet. vt q certū eſt deū velle
id qđ nos velimus. ⁊ id quod certum eſt eum nolle id exe-
cremur. quod autē incertū eſt vtrū velit an nolit: neq; ve-
limus ex toto: neq; penitus non velimus. Bern. Quidaʒ
amant ſubeſſe vt poſſint preeſſe. honores fugiūt vt hono-
ribus obuient. Hugo de clauſtro.li.iij. Et de hoc.ſ.in hac.
ij.parte.in.§.porro.ꝟ.quidam amant.in ar.xxiij. Bonum
eſt obedire maiorib⁹: parere perfectis: ⁊ poſt regulas ſcri-
pturarū vite ſue tramitem ab alijs diſcere: nec preceptore
vti peſſimo. ſcʒ preſumptiōe ſua. Hiero.in epl'is. Seruias
fratribus: hoſpitum pedes laua: paſſus iniuriam taceas:
prepoſitum monaſterij timeas vt dñm: dilige vt patrem:
credas tibi ſalutare quicquid ille precipit: nec de maiorū
ſententia iudicet: cuius officiū eſt obedire/et implere q̄ iuſ-
ſa ſunt. Hiero.ibidem. ⁊ de hoc etiam.ſ.in ar.xxij.§.porro.
Quedā ſunt pura bona: quedam pura mala. in his nulla
debetur hoībus obedientia. qm̄ nec illa omittenda ſunt/
etiam quū prohibentur. nec iſta etiam quū iubentur ſunt
cōmittēda. Porro inter hec ſunt media q̄dā: que pro mo-
do loco et tēpore iudicio et perſona ⁊ mala poſſunt eſſe
et bona. Et in his lex poſita eſt obediētie tāq; in ligno ſciē-
tie boni. Geñ.ij. vide.ſ.eo.ꝟ.di ⁊ mali. qđ erat in medio
paradiſi. in his omnino prelatorū/nec iuſſio: nec prohibi-
ditio eſt contēnenda. Bern.in epl'is. Monachū obedien-
diſſimū dico: cui ex quibuſlibet ſeniorū verbulis/ne vnū
quideʒ iota preteruolat. Matth.v. nec attendit quale ſit
quod precipitur. ⁊ ſit obediētia ſine mora. Bern.ibidem.
Quū ſemel vicarius beati Franciſci teneret capitulū: et
ipſe in cella ſua oraret: vnus ex fratrib⁹ defenſionis quo-
dam cōtextus palliolo non ſe diſcipline ſubdebat. vidēs
hoc vir ſanctus abſens in ſpū/vocauit quēdam de fratri-
bus et dixit ad eum: vidi frater diabolum ſuper illius fra-
tris inobedientis dorſum/collū eius tenentē adſtrictum:
qui tali ſeſſori ſubiectus/obediētie freno ſpreto inſtinct⁹
eius ſequebatur habenas. ⁊ cū rogarem deum pro fratre
ſubito ꝯfuſus demon abſceſſit. vade igitur et dic fratri vt
obediētie ſancte iugo collū ſine mora ſummittaat. moni-
tus per internuntium frater ſtatimq; cōuerſus ad deum/
ad pedes vicarij humiliter ſe ꝓiecit. In legēda beati Fra-
ciſci/in titulo de intelligentia ſcripturarū/⁊ ſpū ꝓphetie.

Articulus.lxx. A

# Contra ſanctaʒ obe-

dientiam/aut ei⁹ puritatē ſupra copioſiſſime
approbatam cōmendatam et deſcriptā/mul-
tipliciter fit a religioſis iſtius tpis hypocrita-
lis: qui ei capita ſummiſerunt. Et primo et grauius: q:
multi ex eis nedum non obediunt ſimpliciter: ſʒ precipiē-
tibus eis prelatis multas verbales inferūt iniurias. ⁊ ali-
quoties (qđ eſt deſperatius) manus mittunt in chriſtum
dñi prelatum ſuū. cōtra illud.j.Reg.xxiiij. ⁊.ij.Reg.j.ij.q.
vij.§.de his etiam illud.ꝟ. Itē in libro regū. ex̄ de ſen.ex.
cum illorū. Scđo/q: etſi non iniuriantur ꝑlatis: ſicut ſe-
pe eis iniuriantur: vt vidi fieri dicentibus ſubditis: tantū
tibi obedirē: quātum cani vel aſino. non tm̄ obediunt: ſed
inflati tacēt vel recedūt a facie eius: ſicut cayn a facie dñi.
Geñ.iiij. et de pe.diſt.j. ⁊ venit. Vidi quēdam fratrem. et
vtinam ſolus eſſet. in eremitorio chibotoli in cuſtodia pe-
ruſina in prouincia beati Franciſci: vbi eram de familia:
qui in mea preſentia: quū precepiſſet ei gardianus/q red-
deret mantellos ſuperfluos quos habebat in cella ꝓ fo-
renſibus fratribus/q̄ venerant: noluit reddere. et quū fra-
ter fugeret ad cellam recedens a facie Gardiani/cucur-
rit poſt eum gardianus clāculo: et ego cum eo. et retroue-
niens mandauit ei iterū per obedientiā/q redderet mā-
tellos. ille nunc nolens audire obediētiam quam ante ta-
men audierat: cum ambab⁹ manibus clauſit aures ſuas:
et ſicut ſerpens obturauit aures ſuas. ad literā ne vocem
incantatoris. i. preceptoris audiret: ⁊ cellā ſuam ſic intra-
uit. pſ.lvij. Cōtra tales Hieremias. Hiere.xxij. Locutus
ſum ad te in abundantia tua. i. ſuperbia vel auaritia. que
vtraq; fuit in iſto fratre. et dixiſti: nō audiam. ⁊ Ezech.iij.
Domus iſrael nolūt audire te: q: nolūt audire me. Oīs
quippe domus iſrael attrita fronte eſt et corde duro. Itē
cōtra tales Act.vij. Dura ceruice et incircūciſis cordibus
et auribus ⁊c. Contra tales etiaʒ dicit Job.xix. Seruum
meum vocaui: et nō r̄ndit mihi. Contra tales etiam dicit
Eſa.xxx. Aures tue audient poſt tergū monētis te. Zach.
vij. Auerterūt ſcapulas ⁊ aures aggregauerūt/ne audi-
rēt. Eſa.xlvj. Audite me duro corde qui longe eſtis a iuſti-
tia. Eſa.xxx. Ad vocem clamoris tui ſtatim vt audierit re-
ſpōdebit tibi. Tertio/aliquoties reſpondēt ſuis prela-
tis quū precipitur eis aliquid. faciatis vos. accipiūt perſo-
nam prelatorū: quū ſint ſubditi. cōtra illud.lxxxix.diſt. ad
hoc.xcj.diſt.inferior.cum.ij.c.ſeq. Quarto/quidam ſe
excuſant et falſo cōmuniter. cōtra id pſ.cxl. Non declines
cor meum in verba malitie/ad excuſandas excuſationes
in peccatis. Deutero.xxx. Mandatum quod dedi tibi: nō
eſt ſupra te. ex̄ de cōſue. quanto.xvj.q.j.ꝑdicator. Quin-

Religioſoꝝ taxatur inobediētia

ro/et ſi aliquoties obediūt:cum murmuratiōe tn̄ ⁊ diſpli
centia et triſtitia.Exod.xvj.Non eſt dicit moyſes:murmur
veſtrū cōtra nos:ſ; cōtra dn̄m.nos em̄ quid ſumus? cōtra
murmuratores.xc.diſt. alienus.ij.q.vij.§. de his.℣.item
obijcitur.Quum ſemel murmuraret corā fratre Egidio
ſocio beati franciſci quidam frater de obediētia ſibi data:
dixit ei frater Egidi⁹.Amice mi/quāto plus murmuras:
plus te oneras.et quāto humilius et deuotius ſummiſe/
ris caput obediētie:tanto leuior et ſuauior tibi erit.vince
temetipſu;:⁊ vinces oīa.q: parū eſt homini vt trahat ani
mas ad deum niſi ſemetipſum vincat.Et dicebat beatus
Frāciſcus/ꝙ victoria mundi a ſuīpſi⁹ eſt victoria inchoā/
da.¶ Sexto/tarde obediunt.cōtra id Mat.iiij.ibi.Illi
aūt ſtatim ⁊c.⁊.ſ.dixi.¶ Septimo/non cōplere obediūt:
vel amplius ꝙ̄ eis fuerit imperatum faciunt.Contra pri/
mū ex de regu.iur.defleat peccator.de pe.diſt.v.c.j.Exod.
xix.Oia que preceperis nobis faciemus.Contra ſcḋm eſt
q: idem eſt facere plus in talibus:ꝙ̄ minus.ex de off.cuſt.
c.j.cū ijs que ibi no.et de hoc.ſ.in.lxix.ar.in.§.cōmendabi
lis.℣.quartus gradus.¶ Octauo/frequēter audiunt vo
cantes prelatos eos:et non reſpōdent ex ſuperbia vel im/
patiētia vel acidia vt preceptum ſubterfugiāt.Non ſic ſa
muel dicens heli.Ecce ego.vocaſti em̄ me.⁊ tamē non vo
cauerat.j.Regū.ij. ¶ Nono/abſcondunt ſe ne a prelatis
inueniantur:et ne eis precipiať.Iſti vere cōtumaces obe
diētie ſunt.ex de alie.iudi.mu.c.j.ibi.vel malitioſe ſe duxe
rint abſentandos.ex de off.deleg.conſultationibus.in fi.
ibi.Niſi is qui poſſidet ſe pro cōtumacia abſentaſſet.ex vt
lit.non cō.qm̄ frequēter.§.porro.ibi.Siue q: malitioſe ſe/
ipſum occultat.ſiue ꝙ impedit ne poſſit ad eum citatio ꝑ/
uenire.ex de de.nō reſi.ex tue.ibi.Qui ſe fraudulēter ab/
ſentant.v.q.v.quidā.ibi.q̄ ſi non exierint.faciunt que no.
ex de do.⁊ cō.c.ij.in gloſ.cōtumacia. ¶ Decimo/faciunt ſe
timeri a prelatis verbis et ſignis et factis et iniurijs ⁊ mi
nis:ne eis aliquid precipiāt.ita ꝙ prelati non audēt cō/
muniter hodie aliquid precipere eis magis timēres ſub/
ditos tales ꝙ̄ ipſi eos:⁊ quia nolūt ſcandalizari in ſe paſ
ſiue nec in ſubditis.Tales ſubditi filij mortis ſunt:q: ni/
hil poſſunt aut audēt eis prelati ꝑcipere:nec in ſubiectio/
ne viuunt:ſ; in ſupbia et elatione et rebellione.Tales ꝓ/
prie filij belial ſunt.i.abſq; iugo.ſic em̄ interpretať belial.
ita vt nemo maxime prelati poſſint eis loqui.j.Reg.xxv.
¶ Undecimo/obediunt ex timore ſeruili non amore:et
ideo meritum obediētie ꝑdunt.ex de reg.iu.qui ex timore.
q: timor non eſt in charitate.j.Ioā.iiij.xxiiij.q.vj.§.ex his.
et de hoc etiam loquiť.viij.q.j.ſciendum.⁊.j.Per.j.Caſtifi
cantes aīas in obediētia charitatis. ¶ Duodecimo/quū
vtcūq; obediunt:mercedem tēporalem ⁊ cōſolationē ex/
pectant ⁊ recipiunt.vnde meritum obediētie ꝑdunt:quia
ſub iſta ſpe obediunt:⁊ ſic mercedem ſuā recipiūt.Mat.
vj.⁊ op.ar.xvij.q.ij.ſi quilibet.vbi obſtetrices pro reſerua/
tione puerorū domos tēporales receperunt.tales miſeri
ſtulti mercatores ſunt:q̄ bonū opus obediētie vn̄ poſſunt
habere vitā eternā:vendūt ꝓ vili pictantia:vel vili tuni/
ca:vel vili munuſculo:vel aliq̄ alia cōſolatione tꝑali.ꝯtra
quos Grego.Quū pro opere recto laus tranſitoria aut
premiū queritur:eterna retributiōe res digna vili precio
venditur. ¶ Decimotertio:quū obediunt.et iterū de ea/
dem materia.vt de eundo pro pane:vel facere hebdoma
dam:vel aſſociando fratrem:vel cōſimili:vel alia eis a ꝑ/
latis precipitur:improperant/et referunt q̄ſtiones eis.to
ties iui pro pane/vel ſimile.quaſi obedientia ſit terminis
cōcluſa:vel limitata vicibus:et nō ꝑpetua ⁊ vſq; ad mor/
tem vt chriſti.Phil.ij.⁊ de hoc ſatis.ſ.in.lxix.ar.in.§.com
mēdabilis.ad fi.℣.obediētia vero. ¶ Decimoquarto:in/
ſtant cum prelatis precipientib⁹ precibus ⁊ frequēter mi/
nis:vt reuocent obediētias eis datas:vel per ſuperiores
prelatos:et frequēter per ſeculares eas faciunt reuocari.
qḋ idē eſt in effectu:ac peſſimo et cōtumaci affectu.ac ſi di
cerent.nolo facere quod vis prelate.Iſta autem reuoca/
tio.et ſi exterius in foro contentioſo excuſare videatur vt
inobediens non iudicetur:nec vt inobediens non punia
tur:in foro tamē cōſcientie non excuſat.Nec credo eos ex
cuſari a mortali:q: reuera inobedientes ſunt.ex de ma.et
obe.ſiquis.quia prelati tunc obediunt:et ſubditi ꝑcipiūt.
qḋ eſt ordo retrogradus ſm̄ vnum intellectum.xxiij.q.v.
eſt ordo.quū cōtrariū debeat eſſe.xcv.di.eſto a ſubdiaco/
no.et tales ꝓprietarij ſunt ꝓprie voluntatis:⁊ in ſuo pro
prio peſſimo corde viuūt.ex de ſepul.c.vlt.li.vj.⁊ de teſta.
c.vlti.li.vj. ¶ Decimoquinto/accipiunt vnam licentiā vel
obedientiā eundi ad vnum locum:et vadunt ad alia ⁊ ad
perſonas alias.Et proprie tales cōtra obedientiā vel licē
tiā faciunt:q: formā obediētie eis traditam non ſeruant:
que eſt exacta diligētia obſeruanda.ex de reſcrip.cum di
lecta.vbi de hoc.⁊ de off.deleg.venerabili.ibi.cōtra māda
ti noſtri tenorem.ex de reſt.ſpo.c.vlti.ff.māda.diligenter.
Uel vltra terminū eis datum in obedientia ſtant:quū ta
mē dies aſſignata ꝓ prelato interpellet.ar.ex de loca.po/
tuit.Non em̄ poſſunt ſubditi ſine voluntate ꝑlati ſibi ter
minū obediētie prorogare.ar.op.ex de off.dele.de cauſis.
Et vt narrat climacus ſenior:ſanctiſſimus miſſus alexan/
driam ab abbate pro neceſſarijs:q: non venit in termino
prefixo:ꝙ̄uis fuerit legitime impeditus:⁊ vtiliter egit agē
da monaſterij:publicam nihilominus coram fratrib⁹ pe/
nitētiam fecit impoſitam per abbatem.Et in lxix.ar.§.cō
mendabilis.℣.cum iulius.ſ.dictū eſt de Iulio cui hono/
ſolitus redeunti negatus fuit a ſenatu:q: vltra terminū
quinq; annorum ſibi aſſignatum tardauit:ꝙ̄uis cum maxi
ma victoria rediſſet. ¶ Decimoſexto/q: raro per obediē
tiā vadunt:ſed per licentias procuratas:ne dicam extor/
tas.et frequēter cum minis ⁊ ſubſannationib⁹ expetitas:
procurātes cum talibus licentijs ſuas conſolationes cor/
porales et tēporales eundi pariſius/ſtandi cum cardina/
libus/regibus/⁊ epiſcopis/⁊ alijs dn̄is mundi/viſitandi
cōſanguineos ⁊ amicos.eorū maledictas deuotas in mo
naſterijs pellicientes.vide qḋ legiť ⁊ no.xxxiij.diſt.laici.⁊
de pe.diſt.ij.ſi em̄.vltra.v.colum.℣.petrus.ibi.pelliciunt.
⁊ in gloſ.i.alliciunt.bibendi/diſcurrendi/⁊ per peregrina
tiones vagādi potius ꝙ̄ plorandi.cōtra illud.viij.q.j.ſcie
dum.ex de off.or.quāto.xvj.q.j.monachi vagantes.xviij.
q.ij.quidā monachorū. ¶ Decimoſeptimo/q: licētias ta
les quas ꝓcurant faciunt eas per prelatos in litteris eis
datis ad eorū quaſi excuſationem et vanam gloriam obe
diētias appellari:quū tamē ꝓprie non poſſit dici obediē
tia:niſi quam prelatus ſubdito ſuo motu ſuo ſine requiſi
tione eius imponit ⁊ voluntate.alꝭ potius obedit prela
tus ⁊ ſatiſfacit miſere cōſolationi ſubditi/ꝙ̄ econtra.vt.ſ.
e.ar.§.ſciendum.℣.alia vice dictū eſt.Eſt autē differentia
inter licentiā ⁊ obediētiā que eſt quodāmodo inter ꝑmit/
tere et precipere et velle.quod autem permittimus inuiti
toleramus.xxxj.q.j.hac ratione.iiij.diſt.deniq;.Permitte
re autem tribus modis accipitur.vt no.iiij.di.c.vlt.quod
autē precipimus volumus.xiiij.q.j.qḋ precipitur.Un̄ ⁊ ta
les dupliciter offendūt.⁊ q: ꝓcurāt ⁊ extorquēt tales car
nales licētias.⁊ q: fingūt eas obediētias.qḋ eſt quoddā
tacitum mendacium et hypocriſis.xxij.q.v.cauere.xij.q.j.
nolo. ¶ Decimooctauo aliquoties non obediūt ſub ſpe
cie ſpiritus.quando eis aliquod conſolabile pro corpore
vel pro anima a prelatis iniungitur:vel vt vadant ad ho
ſpitium vel foreſtariam ad comedendum:vel ꝙ ſedeant
in loco ſuperiori:vel ꝙ non veniant ad chorum:vel ꝙ va
dant ad orandum quū alij laborant:vel ꝙ dimittant ab/
ſtinentiam ſpecialem.et hoc ſub ſpecie humilitatis/quaſi
vel auſteritatis.ſ; iſta ſuperbia occulta eſt.ar.xxij.q.ij.cuꝫ
humilitatis.q: vera humilitas.vere obediēs eſt in omni/
bus/nihil habens de ſuo.xij.q.j.non dicatis.⁊ talis auſte
ritas voluntaria fructu caret.Eſa.lviij.In die ieiunij ve
ſtri inuenitur voluntas veſtra.et de hoc.ſ.in.§.multa.℣.
tertio.in.lxix.ar.Et idem genus inobedientie eſt vel pro
refectione:vel pro ieiunio:vel pro orando:vel ꝓ dormien

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

do ſenioris violare mandatū. ſm Danielē.in coll'.iiij.ꝛ de
hoc ſupra etiā. Poſſet tm̄ ſubditus in tali cōſolatiua obe-
dientia dicere prelato ſuo: Si placeret vobis pater/refu-
gerem iſtam conſolationem. ſin autem: fiat voluntas ve-
ſtra.et ſic intelligitur.viij.q.j.ſciendū.perfectius eſt tm̄ ſim-
pliciter obedire ꝛ nihil prelato dicere. Et de tali obedien-
tia dico/ꝙ benedicta ſit talis obediētia: que corpus ꝛ ani-
mā cōſolatur:q2 aliquā ſimilitudinē habet cum illa quam
ſunt ſancti in patria habituri in duplici ſtola/corporis et
anime. Apocal.vj.Eſdre.ij. ¶ Decimonono/ſciūt freque-
ter voluntatem prelati:licꝫ eis nihil dicant timore:aut ne
eos tribulent:ꝛ non faciunt.cōtra tales dicit Luc.xij.Ser
uus ſciēs voluntatem dn̄i/et non faciens/vapulabit pla-
gis multis.xxxviij.diſt.§.vt itaqꝫ.religioſus autem ſeruus
eſt.liiij.diſt.multos. ¶ Vigeſimo obediētias impoſitas p
cōſtitutiones vel ordinationes prelatorū cōmuniter non
ſeruāt:dicentes/non ſeruāt prelati:nō ſeruemus nos.cō-
tra tales dicit dn̄s Matth.xxiij.Oia quecūqꝫ dixerint vo-
bis: ſeruate et facite: ſm opera vero eorum nolite facere.
ix.diſt.ſm.j.q.j.non quales. Nam et ſi cōſtituentes prela
ti ſeruare debeāt que cōſtituerūt:vt.ix.diſt.iuſtum eſt. Et
q̄d quiſqꝫ iuris ſtatuit:ipſe debeat vti eo.ex̄ de conſti.cum
oēs.ff.q̄d quiſqꝫ iuris.l.j.ꝛ in prin. decretorū/humanum.
nec debēt alijs legem imponere:quā ipſi negligunt obſer
uare:ex̄ de preben.pro illorū. ſi tm̄ non ſeruant:ſeruare te
nentur ſubditi.j.q.j.oia ſacramēta.et.c.ſignificaſti.ꝛ.c.nō
quales.j.q.vij.ſiquis omnem.C.de legi.et cōſti.l.leges.ex̄
de cōſti.c.j.ꝛ.c.vlti.xix.diſt. romanorū. ¶ Oēs aūt predi-
cti articuli obediētie et puritatis ei⁹ infectiui: et ſiqui alij
inueniri poſſunt:per originalia ſuperius allegata/referē-
do ſingula ſingulis ꝛ adaptando ſm prudentiam legen-
tium:que hic cauſa breuitatis non repeto: oſtendunt cla
re et legitime refelluntur. Et hucuſqꝫ de obedientia et
multiplici eius commendatione et tranſgreſſione dixiſſe
pleniſſime ſufficiat.

¶ Articulus.lxxj. De diſciplina. A

# Sed q2 dictum eſt de

obedientia/qua reddit quod debet ſuperiori:
Cōgrum eſt vt dicamus de diſciplina/q red
ditur quod debetur inferiori. ¶ Primo igit
(Diſcipli ne accep tiones.) ponam diuerſas acceptiones huius nois diſciplina. Di-
ſciplina igit quādoqꝫ dicit deſiderium corrigendi inferio
res:ꝛ ſic videt pars iuſtitie. Quādoqꝫ dicit diſciplina id
quod adhibetur ad correctionē aliorum.ſic ſumitur Heb.
xij.ſfilimi noli negligere diſciplinam.in eodem. In diſci-
plina perſeuerantes ꝛc. Itez ſi extra diſciplinam eſtis ꝛc.
ſic etiam ſumitur.xlv.diſt.diſciplina. Quādoqꝫ diſciplina
dicit effect⁹ diſcipline ſumpte ſcḋo modo.et ſic videt eam
deſcribere Cyprianus dicens: Diſciplina eſt morū ordina
ta correctio:et maiorū precedentium patrū regularū ob-
ſeruatio. Itē magiſter Hugo de ſancto victore. Diſciplina in
quit/eſt conuerſatio bona ꝛ honeſta:cui parū eſt non ma
lum facere: ſi non ſtudet in his que bene agit per cuncta
irreprehenſibilis apparere. pſ̄.xxxiij.ꝛ.xxxvj.ꝛ.j. Pet.iij.
Declina a malo ꝛ fac bonum. Bern̄.in epiſtolis. Diſcipli-
na ceruicem ſummitit. deponit ſupercilia:q2 verecunda ꝛ
pudorata.lxxxvj.diſt.non ſatis.xxvj.diſt.in ſcripturis.com
ponit vultū.ligat oculos.xxxij.q.v.nec ſolo.cachinnos.v.
q.iiij.in loco.cohibet.moderat linguā.v.q.iiij.in loco. gu-
lam frenat.xlj.diſt.c.j.cum ſeq.rixam.xc.diſt.per totum.ſe-
dat.format inceſſum.xlj.diſt.§.ſicut ergo.xlj.diſt.§.ſi. Itē
magiſter hugo de ſancto victore. Diſciplina eſt omniū mē
brorū motus ordinatus:et diſpoſitio decens in omni ha-
bitu et actione. ¶ B Diſciplina primo modo ſumpta/
idem poteſt eſſe quod zelus.de quo in pſ̄.lxviij.ꝛ Ioā.ij.
(Zelus q̄d ſit.) Zel⁹ dom⁹ tue/comedit me.ꝛ ex̄ de cuſto.eucha.c.ij. Qui
zelus ſic ab Aug.deſcribitur in loco predicto. Bon⁹ zelus
eſt feruor animi quo mens abiecto timore humano/p vir
tutis defenſione accenditur/ꝛ comeditur:q̄ quelibet pra-
ua que viderit corrigere ſatagit: ſi nequit tolerat ꝛ gemit.
hoc probatur.vij.q.j.ois qui.ꝛ.c.aduerſitas.§.hoc etiam.
ꝟ.hinc etiā Aug⁹.ibi. Iraſcit iuſtus peccatis palearū ꝛc.
ꝛ.j.ibi.non clamat.gloſ.alte:ſed iſtus gemit dicēs. Quia
defecit in dolore vita mea:ꝛ anni mei in gemitibus.ꝛ.ꝟ.
hic idem.columba a moleſtijs querit auolare:ſed dilectio
nē non amittit:ſed ſemp gemit.facit.xj.q.iij.qn̄.xxiij.q.iiij.
q̄ſq̄s.c.recedite.c.quidā.ibi. Cum vero eis per quos eccle
ſia regitur:adeſt ſalua pace poteſtas diſcipline ꝛc. ¶ Ad
zelum autem primo videtur pertinere dolor de dei contu (Ad zelū que ſpectent.)
melia.qui eſt quaſi ſciſſura cordis:quam interdū indicat
ſciſſura corporis vel veſtis. Iohel'.j.de pe.diſt.j.§.hoc idē.
ꝟ.hinc etiam. Secūdo tabeſcentia:que eſt quū dolor ve
hementior aut diuturnior fuerit.pſ̄.cxxxviij. Super inimi
cos tuos tabeſcebam. Et idem.pſ̄.lxij.zelaui ſuper iniq̄s.
Tertio ira per zelum:que eſt appetitus vlciſcendi dei of-
fenſam:que ira eſt odium cōtra vitium. pſ̄.cxxxviij. Non-
ne qui oderunt te dn̄e oderam.vij.q.j.§. hoc etiam tūc.ꝟ.
hic idē in pſ̄.iraſcit iuſtus petis palearū.lxxxvj.diſt.odio.
xxij.q.iiij.duo iſta.in iudice quū oē ſignū ire maxime in fe-
rēda ſententia cauēdū eſt.xj.q.iij.§.ſi ergo.ꝟ.ira em̄ viri.ꝛ.c.
illa.ꝛ.c.ira.ꝛ.c.cū apō. Itē pſ̄.cxxxviij. Perfecto odio ode
rā illos. Perfectuz odiū eſt quo inimicos dei vſqꝫ ad dile-
ctionem perſequimur:nō habentes pacem cum eis:ꝙdiu
ſunt dei inimici.q2 ſm Grego.dei ſe amicum denegat:qui
eius placet inimicis. De iſto bono odio loquitur.xxiij.q.v.
non eſt innocentie. Vel perfectum odium dicitur omniū
perfectorum: quo peccata hominum non homines odio
habentur.vt pre.c.odio.ꝛ.c.duo. Ambro. Qui habent ze-
lum dei omnes inimicos putant ſuos qui ſunt hoſtes dei:
ꝙuis patrem fratrem ſororē. de omnibus dicunt.pſ̄.pre.
Et inimici facti ſunt mihi. De iſto zelo.xxiij.q.v. ſi audie-
ris.ꝛ.q.iiij.ꝙ chriſtus.xlv.diſtin. diſciplina. xxiij.q. viij.le-
gi.ꝛ.c.petrus.xij.q.j. dilectiſſimis. Idem. Nemo grauior
hoſtis omnium/ꝙ qui omnium ledit authorem. Augu.
Unumquēqꝫ chriſtianū zelus domus dei comedit. Non
em̄ eſt magis dom⁹ tua/ꝙ illa vbi habes ſalutē eternā. ſi
ergo in domo(ne q̄d peruerſum fiat)ſatagis:in domo dn̄i/
vbi ſalus eſt ꝑpoſita ꝛ requies ſine fine non debes pati/
quātū in te eſt:ſi q̄d peruerſum forte videris. ¶ Notādū
etiam ꝙ non videtur omnino idem eſſe zelus et ira per
zelum. Bonus zelus eſt.vt ait gloſ.Aug.ſuper illud Ioā.
ij.c.zelus domus tue ꝛc.feruor animi ꝛc. vt proxi.ꝟ. diſci-
plina.ſ. Ira vero per zelum eſt ira iuſta. de qua gloſ. ſup
illud Matth.v. Omnis qui iraſcitur. Iuſta ira eſt mater
diſcipline. Et ſuper illud Iob.v. Virum ſtultum interfi-
cit ira.dicit Greg. Eſt ira per zelum qua iraſci ſicut nobis
noſtris primis errātibus debemus.de hac ira dicit gloſ.
ſuper illud Eccl's.vij. Melior eſt ira riſu ꝛc. Hec eſt ira q̄
vitijs iraſcimur. Item notandū ꝙ ſuper illud Ezech.iiij.
Sume tibi ſartaginem ferream. dicit gloſ. Grego. Nullū
maius ſacrificiū deo eſt/ꝙ zelus aīarū.dei gloriā in h̄ mū
do defendit. Zelus carbo eſt quē vn⁹ de ſeraphin accepit
de altari celeſti: ꝛ tetigit labia Eſa.eiuſdē.vj.viij.q.j.i ſcri
pturis. Nam non ſunt digna predicare labia illa verbum
dei:que hic carbo non tetigerit.pſ̄.lviij. Mors in labijs
eorū.vbi litera cōmunis hꝫ:gladius in labijs eorū. In la
bijs quorūdam verbū dei/q̄d dicit et eſſe ſpūs et vita. de
pe.diſt.iiij.ſi ex bono. mors eſt.ꝑpter defectum enim zeli
verbum dei ita frigide annūtiant aliqui/ꝙ auditores eo
rū inde potius frigeſcunt ꝙ accendantur. Grego. Pect⁹
frigidū verba ignita ꝓferre nō pōt.ꝑpter ignem iſtum di
ctum eſt de helia. Eccli.xlviij. Surrexit helias ꝑpheta q̄ſi
ignis. Prouer.xxx. Ois ſermo dei ignit⁹ ꝛc. Zach.xij. Po
nā duces iuda ſicut caminum ignis in lignis. ¶ C

# Sequitur de his que

poſſunt incitare ad correctionem faciendam.
¶ Et primo incitare poteſt frequens admoni- (Ad correctionē faciēdā incitantia.)
tio ſacre ſcripture. Matth.xviij. Si peccauerit in te fra



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN